



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 21. Quædam S. Congregationis decreta ad eundem Cardinalem  
transmissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

non modo Cosciam, sed & Pontificem  
has conditiones ratas habituros: Pla- Sæc. XVIII.  
cuere etiam Noaillio omnes hæ leges, A. C. 1725.  
excepta conditione de omnimoda obe-  
dientia.

§. XXI.

*Quædam S. Congregationis decreta  
ad Noaillum Cardinalem  
transmissa.*

Sub idem tempus Cardinalis Poligna- Index libr.  
proh. p. 103.  
& 155.  
cus Roma Parisios ad Cardinalem  
Noaillum transmisit S. Congregationis  
Inquisitionis Romanæ decretum, vi  
cujus hoc anno die decima tertia Fe-  
bruarii ad Indicem librorum prohibito-  
rum rejecta fuit septem Episcoporum  
Appellantium epistola ad Franciæ Re-  
gem contra Epistolam Pastoralem Bissii  
Cardinalis, eoquod illa propositiones Er-  
roneas, hæresin sapientes contineret & se-  
cundum se tota effet schismatica. Insu-  
per rationum expositio Montpeſſulani  
Episcopi contra Senatus edictum Anno  
1723. die 11. Martii, *Epistola Pastoralis*  
ejusdem Episcopi ad suæ Diæcesis Cle-  
rûm circa Formularium Anno 1724. &  
*Epistola Dugueti* ad eundem Episcopum  
die 25. Julii 1724. prohibebantur, uti  
continentes Propositiones temerarias, Sedi  
Apostolicæ injuriosas, & secundum se  
totas

H 5

**Sæc. XVIII.** *totas spiritu schismatico & hæretico pl.*  
**A. C. 1725.** *nas: Præterea eadem S. Congregatio*  


---

*prohibuit mandatum & Pastoralem Ba-*  
*jocensis Episcopi instructionem de An-*  
*no 1724. ceu continentem plures proposi-*  
*tiones Catholicis Episcopis & præsertim*  
*Gallicanis, Sanctitati suæ, sanctæ Sedi*  
*Apóstolicæ injuriosas, schismaticas & hæ-*  
*resi faventes: Eadem die, sine ulla ta-*  
*men censura, a præfata S. Congrega-*  
*tione nonus Claudii Fleurii discursus*  
*circa libertates Ecclesiæ Gallicanæ una-*  
*cum notis eidem subjectis inter libros pro-*  
*hibitos recensitus est. Denique ad eundem*  
*Cardinalem Noaillium transmit-*  
*tebantur duo hæc excerpta:*

„Theses damnata Decreto Sacræ  
 „Congregationis sancti Officii die deci-  
 „ma tertia Februarii 1725. ut in folio  
 „impresso, in quo damantur Theses im-  
 „pressæ Cæsar - Augustæ, ex quibus  
 „una erat sequens :

*Cum Concilium Senonense contra Lu-*  
*therum, & Tridentinum contra eundem*  
*& Calvinum, & Alexander septimus &*  
*Innocentius decimus contra Jansenium*  
*Gratiam Auxiliantem non aliam quam*  
*ab intrinseco efficacem damaverint, Gra-*  
*tiam ab ex trinseco efficacem adstruimus*  
*& ab intrinseco efficacem negamus. Fe-*  
*ria quarta die quinta Julii 1719.*

„In-

„Instante quodam Patre Societatis  
 „apud Sacram Congregationem sancti Sæc.XVIII.  
 „Officii, quod possint, tam ipse quam A.C. 1725.  
 „alii Patres Societatis, continuare in  
 „usu & antiqua possessione imprimendi  
 „sequentem Conclusionem: ad hoc ut  
 caussa secunda exeat in actum, non indi-  
 get, ut a qualitate Physica prædeterminante  
 moveatur, quæ, ut qualitas Physica, est  
 superflua, & Prædeterminans & infalli-  
 biliter connexa cum actu secundo impedit  
 Libertatem causæ liberæ.

„Eminentissimi & Reverendissimi  
 „Cardinales, Generales Inquisitores  
 „audito Voto Dominorum Consulto-  
 „rum decreverunt, posse permitti im-  
 „pressionem Thesis, de qua agitur, ad-  
 „dita tamen sequenti clausula: quid-  
 quid alii Viri Catholici in scholis Ca-  
 tholicis credant.

### §. XXII.

#### Cleri Gallicani oppositio contra in- dictum subsidium.

Jam anno hujus saeculi vigesimo pri-  
 mo in Franciam deducebatur Ma-  
 ria Anna Philippi V. Hispaniae Regis  
 Filia, quæ Ludovico XV. Galliarum  
 Regi tum nonnisi undecim annos nato  
 desponsata erat: cum vero ipsa Medi-  
 corum judicio ob corporis gracilita-  
 tem